

UTASÍTÁS NOVI URADALOM ÉS KIKÖTŐ TISZTTARTÓJA RÉSZÉRE
1675-BŐL.

(Az eredeti szöveg.)

Die 1. Januarii 1675.

*Instructio officialis Noviensis
Christophori Gnad.*

1. Deum timebit, veritatem, sobrietatem, ac fidelitatem suae sacratissimae majestati, inclytae camerae Hungaricae amabit, praestabitque dependentiam ab administratore *Buccarensi* habendo, mandatis ac commissionibus eiusdem obtemperabit. Quietantias ad dandas suas futuras rationes tam in extradendis quam in percipiendis rebus sedule conquirendo servabit.

2. Concreditur ipsi bonum *Novi*, quod iuxta urbarium penes se relictum gubernabit, consuetis temporibus reditus seu proventus dicti boni exigendo, nec permitindo ut restantiae crescant, sed ita exigantur, quae in rerum natura sunt, ut penes dandas rationes possint in introitum poni, et non amplius in exitum deduci. Economiam domini circa vineas, agros, prata, atque animalia ita administrabit, ut sua quaeque temporibus aptis ac consuetis elaborentur, recolantur, ac provideantur. Solus praesens futurus laboribus. *Villam* seu *maier* domini, a *Noviensibus*, tempore confusionis destructum, per eodem *Novienses* reparare faciat. Reliqua servando, et custodiendo prout urbarium demandat.

3. Ulro concreditur ipsi *portus*, cuius optimam curam geret. *Ligna* inutilia non coemet, neque ultra taxam ordinariam persolvat, industriando se, ut in persolutione dictorum lignorum, victualia pro

(Magyar fordítása szabadon.)

1675. január 1-én.

Gnad Kristóf, novi-i tisztartó utasítása.

1. Istent tisztelje, az ő felsége és a magyar kamara iránt igazságos, józan és hűséges legyen s közvetlenül *Buccari* jószágkormányzóságától függvén, annak parancsait, és megbízásait teljesítse. A kiadott és bevett dolgokról szóló nyugtáit jövődő számadására összegyűjtse és megtartsa.

2. Reá van bizva *Novi* jószág, melyet a nála hagyott urbárium szerint fog igazgatni. Annak jövedelmeit a szokott időben hajtssa be s meg ne tőrje, hogy a hátralék felszaporodjék, hanem azokat a dolog természetéből folyólag szedje be, hogy azok jövődő számadásánál, a bevételek és né a kiadások közé számíttassanak. Az uradalmat és az ahhoz tartozószölöket, szántóföldeket, mezöket és marhákat ügygondozza, hogy minden a maga alkalmas és megszokott idejében történjék, műveltéssék, és elláttassék. Csak a maga jelenlétében dolgoztasson. Az uradalom *villáját*, vagyis *majorságát*, melyet *Novi* lakosai a zavargások alatt elpusztítottak, magukkal a lakosokkal építtesse fel. A többit pedig ügy gondozza és őrizze, ahogy azt az urbárium elrendeli.

3. Reábizatik a *kikötő* is, melynek leginkább viselje gondját. Haszontalan *fát* ne vásároljon, sem azt a rendes taksán túl ne fizesse, ügy gazdálkodván, hogy a mondott fa árának fejében a szükség-

ratione temporis accrescere possit, modicam, aut nullam pecuniam extradando. *Remos*, quorum major est *exitus*, bonos ac ad dividendum aptos, in tanto, quanto poterit numero elaborari faciat. Si qui remi inapti remanerent, ipse pro illis respondebit, nec acceptabuntur in futurum inventarium, sed ille eosdem bonificare tenebitur, sicut et caetera ligna inutilia. Servando in omnibus modum ac ordinem in illo portu jam tum prius usitatum. Circa *schedas* ac *justas bolletas*: tenendo unum regestrum speciale, ubi ex una parte lignamina, ex altera parte schedae inscribentur. Ne ligna aut remi in portum adducti damnum patiantur pluviale, sedulo et in bonum ordinem eadem ad *magazina* ponet, bene occludendo, ut a furibus sint segura. Invigilabit autem, ne *aliena ligna* aut *merces* in portum adducantur, aut dividendantur; sed ut solum *portus fisci regii* trafficet; omnia ita sincere revidendo, ut menstruatim rationes suae faciles et ordinatae remaneant.

4. Restantias sibi ab antecessore relictas diligenter exigat, secus non faciendo, nec multum magistris lignaminum, aliisque in creditum dando.

5. *Ferrum, oleum, vinum, ac salem, caeterasque merces* pro portu commodas, quae scilicet *exitum* habere possint, pro necessitate, ac utilitate conquiret, easdem dividendendo, praetio quo altiori poterit, more mercantili traficando, ut super rebus non perdat.

6. *Piscationem* serio observabit; datum eiusdem exigendo, velut et omnium rerum ibidem *transeuntium* et *importantium*, modo prius

hez képest inkább élelmi szert adjon többet, hogy vagy semmi vagy csak kevés készpénzébe kerüljön. *Evezőket*, melyeknek *kivitele* a legnagyobb, eladásra, mentül többet csináltasson. Ha holmi haszontalan evezők maradnának vissza, azokért ő lesz felelős s a jövőendő leltárba nem fognak bevéteni, hanem a kárt ő lesz köteles megtéríteni, úgyszintén a többi haszontalan fáért is. Mindenben, az e kikötőben már megszokott mód és rendhez tartsa magát. A *vámcedulák* és igazolványokra nézve, egy külön lajstromot tartson, melybe egyrészt a fát, másrészt e cedulákat bejegyezze. Hogy pedig a fa, vagy az evezők, az esőtől kárt ne szenvedjenek, azokat szorgalmasan, jól rendben *raktárakba* rakassa, jól elzárassa, hogy a tolvajoktól biztonságban legyen. Ügyeljen arra is, nehogy *idegen fa* vagy *áru* jusson a kikötőbe, vagy árusíttassék s hogy csak maga a *királyi fisci* kikötő kereskedjék. Mindent oly igazán vegyen számba, hogy számadásai havonkint áttekinthetők és rendesek maradjanak.

4. Az elődjétől reá maradt hátralékokat szorgalmasan hajtsa be és se a famestereknek, se másnak sokat ne hitelezzen.

5. A szükséghez s a várható haszonhoz képest, szerezzon be *vasat, olajat, bort* és *sót*, valamint a kikötőre nézve haszonnal bíró egyéb árukat is, melyeknek t. i. *kivitelük* lehet s azokat aztán adja el mentül nagyobb áron, kalmár módjára kereskedvén, hogy az árukon ne veszítsen.

6. A *halászatra* különös gondja legyen; ugy az ezután járó, valamint minden általvitt és behozott árúnak adóját a szokott módon

consueto, applicatis superinde *custodibus*, iisdem qui montibus invigilant. Et siquidem piscatio quasi in dissuetudinem abierit, eandem renovabit, et recuperabit, adhortando domesticos piscatores ut retia plura sibi coemant, ac saepius piscentur, perceptum dein datum ex piscibus insalabit ac dividet. In summa studebit omnibus viribus, ut ex *vino, oleo, sale*, aliisque rebus quantum possibile est pecuniam extrahat.

7. Cum vicinis suis bonam tenebit correspondentiam, omnibus ac singulis intervenientibus, eos, ordine debito requirendo, ita tamen cuncta servando ut iuribus dominii *Noviensis*, ac jurisdictioni non praejudicet, aut officiat; terminos ac metas legitimas manutenendo, subditos sibi concreditos defendendo, justitiam administrando, ac de universis semper bene consulendo, ut toties quoties promptus sit et relationes, et rationes dare.

8. Et siquidem omnia in instructione poni non possint, studebit emolumentum suae majestatis omnimode procurare, damnum vero evitare, caetera fidelitati, industriae ac dexteritati eiusdem committuntur: pro qua sua fidelitate ac servitio deputatur ipsi pro annuali solutione:

in parata pecunia	sold.	500 fl.	100
in panno brachia 6 à sold. 14.	„	84 „	16 xr 45.
pro subductura	„	24 „	5 „ 30.
in vino barrile 12 à „ 9.	„	108 „	21 „ 33. denar 3
in tritico staria 12 à „ 5	„	60 „	12 „
mixturae staria 8 à „ 3 den. 10	„	28 „	5 „ 33. „ 3
in carne hebdomadali libr.			
10 à sold. ---	3 „	72 „	14 „ 22. „ 2
in sale cub. 3 à sold. 3	„	9 „	1 „ 45.
		sold.	835 fl. 177 xr 30.

Eredetiye, melyen még *Gnad Kristóf horvát nyelvű* esküje is olvasható, a Magy. Nemz. Muzeum levéltárában.

*) Az alábbi pénzek és mértékekre nézve lásd *Fest A.* cikkét folyóiratunk 1895-iki évfolyamában.

beszedvén, mindezekhez ázokat az *öröket* alkalmazza, akik a hegyeken vigyáznak. Mivel pedig a halászatól már majdnem elszoktak, azt följutani és visszahódítani igyekezék, arra serkentvén a helybeli halászokat, hogy nagyobb hálókat szerezzenek s gyakrabban halászszanak. A halakból behajtott részt sózzassa be, és adja el. Egyszóval, minden igyekezetével azon legyen, hogy *borból, olajból, sóból* és egyéb áruból, lehető sok pénzt szerezzen.

7. Szomszédjaival jó viszonyt tartson fönn, minden adandó alkalommal kellő módon megkeresve őket, szem előtt tartván azonban, hogy ezzel Novi uradalomnak se joga, se joghatósága sérelmet ne szenvedjen; az uradalom törvényes határait épségben tartsa, a reábizott jobbágyokat megvédje, s nekik igazságot szolgáltatván, mindenről úgy gondoskodjék, hogy jelentését és számadását bármikor kész legyen megtenni.

8. Mivel pedig az utasításba mindent úgy sem lehet fölvenni, azon legyen, hogy ő felsége hasznát mennél inkább gyarapítsa, a károsodást elkerülje, a többit rábizván hűségére, szorgalmára és ügyességére, mely hűségeért és szolgálataért évenkénti fizetésére rendeltetik:

készpénzben	500 soldo*)	= 100 frt.
6 róf posztó à 14 soldo	84 „	= 16 „ 45 xr
béltésre	24 „	= 5 „ 30 „
12 barrile bor à 9 „	108 „	= 21 „ 33 „ 3 den.
12 star buza à 5 „	60 „	= 12 „
3 vegyes gabona à 3 soldo: 10 den.	28 soldo	= 5 frt 33 xr 3 den.
hétenkint 10 font hús à 3 soldo	72 „	= 14 „ 22 „ 2 „
3 köből só à 3 soldo	9 „	= 1 „ 45 „
	összesen 835 soldo	azaz 177 frt 30 xr.